

Martin Brasch

**AD || REVERENDISSIMVM ET ILLVSTRIS-||simum Principem et Dominum, Dn:||  
IOACHIMVM || FRIDERICVM, PO=||STVLATVM ADMINISTRATO-||rem Primatus &  
Archiepiscopatus Mag-||deburgensis, Marchionem Brandenburgensem ... ||  
Dominum suum || clementissimum || Cum ad Coronationem CHRISTIANI || IV.  
Potentiissimi Daniae Regis iturus ROSTOCHIVM || illustri Comitatu ingredetur ||  
Melos, faustae acclamationis gratia || decantatum || à || M. MARTINO BRASCHIO  
P. L. PROFESSO-||re Acad. Rostoch. et Collegij Philosophici pro || tempore  
Decano.||**

Rostock: Ferber, Augustin d.Ä., 1596

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741641438>

Druck    Freier  Zugang





2806

4.2d.6

Aeber VI-5344

with 4 more + /

Cq-2065 1-30


(son)



Roxby's Collection

- 4 -





*AD*

REVERENDISSIMVM ET ILLVSTRIS-  
simum Principem & Dominum, Dn:

**IOACHIM VM**  
**FRIDERICVM, PO-**  
**STVLATVM ADMINISTRATO-**  
rem Primatus & Archiepiscopatus Mag-  
deburgensis, Marchionem Brandenburgensem, Ducem  
Borussiae, Stettini, Pomeraniae, Cassubiorum & Van-  
dalorum, Burgrauium Noribergensem & Prin-  
cipem Rugiae, Dominum suum  
clementissimum

*Cum ad Coronationem CHRISTIANI*  
IV. Potentissimi Danie Regis iuris ROSTOCHIVM  
illustri Comitatu ingredetur

Melos, faustæ acclamationis gratia  
decantatum

*a*

M. MARTINO BRASCHIO P. L. PROFESSO-  
re Acad. Rostoch. & Collegij Philosophici pro  
tempore Decano.

ROSTOCHII

Typis Augustini Ferberi, Anno clx i XCVI.

60

4



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1741641438/phys\\_0006](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741641438/phys_0006)

*AD*  
REVERENDISSIMUM  
ET ILLVSTRISSIMVM PRINCI-  
pem & Dominum Dominum IOACHIMVM  
FRIDERICVM postulatum Administrato-  
rem primatus & Archiepiscopatus Magdebur-  
gensis &c. Dominum suum cle-  
mentissimum,

*Cum ROSTOCHIVM inuiseret*  
*fausta Acclamatio*

MARTINI BRASCHII.

**T**OCHIME Princeps, incly-  
te Marchio,  
Primeve IANInate GEORGij,  
Cui Magdeburgæ paret o-  
mnis  
Clericus & pariter pro-  
Vix murmurantis prævia sibila (fanus  
Venere famæ, vix equitum sonus  
Auditus, ingenti tumultu  
Cum subito pater ipse Varnus  
Excitus, altum flumine verticem  
Tulit, strepentes murmure semitas

A 2

Miratus

Miratus, hinnitusq; equorum  
Terribiles, equitumq; turmas.  
Conuertit in te cœrula protinus  
Fulgore tractus lumina regio,  
Ceruice flexâ ter quaterq;  
Sic, ait, ingrediaris hospes  
Felice fato. quam juuat in tuos  
Pendere vultus, vultibus æmulos  
POLLVCIS, ut nostrâ libenter  
Teq; tuosq; lauabo fessos  
Viuace lympha: nam memini in meo  
Narrare vatem Protea litore,  
Lucere te multis auorum  
Et titulis, propriâ & decorum  
Virtute. Achillis Teutonici manum,  
Heroici vim pectoris igneam,  
Mauortis inuestumq; robur  
Fama cui tacuit minorum?  
Audita cui non bella ferocia?  
Cui non per omnes prælia vortices  
Raptata fortunæ? IO Chimos  
Quis geminos proauūq; auumq;  
Ignoret? illis nemo disertior,  
Cogente magnos Cæsare principes.  
Pericula

Pericula & rerum labores  
Flumine Nestorei palati  
Æquare. quid quod non sinit alterum  
In literatos munificentia  
Præclara, Musarumq; castris  
Conspicuus Viader fileri  
Annos per omnes, sidera quandiu  
Cælum perenni torta volumine  
Rotabit; & Musis litabit  
Donec auis patribusq; pubes  
Summissa? vis & nomen amabile,  
Excelsiorem vis patris indolem,  
Illum & benignum, vindicem sed  
Flagitijs, in meritosq; largum  
Audire? Vel quod, quicquid habent libri  
Culti Sophorum, & nobilis Historis  
Quicquid tabellæ, sub juuentâ  
Diceris ipse bibisse nectar,  
Quodq; eloquenti gutture Teutonem  
Mutas Latino, siue necessitas  
Linguam peregrinam, voluptasue  
Exigat? Illa meas refudit  
Non falso in aures singula nuncio  
Multo antè Proteus. hactenus auribus,

A 3      Nunc

Nunc corām ocellis , eminentem ,  
Quod volupe est , licet intueri  
Oris decorem . lumine flammēo  
Sic te micantem , sic patris æmula  
Virtute plenum , sic decorum  
Quæ peperit generosa mater ?  
Et jam retorquet colla flagrantia  
In te decoris uxor ocellulis ,  
Iunonis instar dum maritum  
Pone subit rutilante curru ,  
**I O H A N N E** nato non sine : Ponticum  
Visura tecum nobilis Haffniæ  
Nauale , & exceptura regem ,  
Quo decet intuitu , futurum .  
Prædicomitem Nerea sidere  
Vobis benigno , mitia flamina  
Fluctusq; sedatos . sed antē  
Quin libet hīc tibi commorari  
Paulisper : hospes magne penatibus  
Succede nostris . si renuis diu  
Mansisse , si Septentrionem  
Certus adis ; piget opperiri  
Duas vel vnam quæso dieculam ;  
Dum te calentem solis ab ignibus ,  
Tuos

Tuos respergam dum sodales  
Gurgite frigidore donis  
Regalibus te dum decorent patres  
Cum plebe : docto dum tibi carmine  
Felicitatem comprecetur  
Cum redituq; iter auspicatum  
Musea pubes ? accipe debitos  
Princeps honores , quicquid id est, breuem  
Hymnumq; laudatosq; noli  
Temnere cum patribus nepotes.  
Ducam silenti fluminis alueo  
Mox te receptum: litora Cimbrica  
Saluus videbis, saluus inde  
Saxonicos repetes penates.  
Hæc Varnus. & mox condidit uidum  
Vndis capillum. singula ego intuli  
Fidis notata codicillis,  
Ut meminisse queant minores.



er hilt und schafft es nicht  
zu verhindern, dass der Krieger  
den Tod bringt. Und das ist sehr schlimm.  
Aber er kann auch einen Sieg erringen.  
Dann wird er den Frieden bringen.  
Und das ist sehr wichtig.  
Der Krieger muss nur nicht  
soviel Angst haben.  
Dann kann er den Frieden  
einfach herstellen.  
Und das ist sehr wichtig.  
Der Krieger muss nur nicht  
soviel Angst haben.  
Dann kann er den Frieden  
einfach herstellen.  
Und das ist sehr wichtig.  
Der Krieger muss nur nicht  
soviel Angst haben.  
Dann kann er den Frieden  
einfach herstellen.  
Und das ist sehr wichtig.  
Der Krieger muss nur nicht  
soviel Angst haben.  
Dann kann er den Frieden  
einfach herstellen.  
Und das ist sehr wichtig.  
Der Krieger muss nur nicht  
soviel Angst haben.  
Dann kann er den Frieden  
einfach herstellen.  
Und das ist sehr wichtig.  
Der Krieger muss nur nicht  
soviel Angst haben.  
Dann kann er den Frieden  
einfach herstellen.  
Und das ist sehr wichtig.









9  
2065-1-30



Suffragiorum non sine calculo,  
 Diuis ipsiis propitius. ag  
 Mittamus te prosequamur  
 Ominiibus placidis euntem.  
 Jamne expeditus nauta Cimbricam  
 Balthen & vda tendit ad Hafnia  
 Litus? secundis auspicio  
 Vtere, dum vocat aura, velis.  
 Pro te paternâ qui sedet in domo  
 Quicunq; fratribus, tergmina alleuant  
 Pro te parentes vota. quantâ  
 Excipiere redux corona  
 Congratulatum? detineat caue,  
 Te Cimber illex, & licet imperans  
 Regnis duobus, CHRISTIANV  
 Nec soror unica CHRISTIA

